UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In librum III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70288

Visual Library

In librum III.

1 Tempus ſit vitam relinquendi.) ἐξανι-τίον αὐτὸν. *Eſt autem* τὸ ἐξάγειν ἑαυτὸν, *ſibijpſi mortem cõſciſcere, apud Græcos ſcriptores. Quæ ſignificatio quia huc parùm quadrare videbatur, mollioribus vſus ſum verbis.*

2 Oliuis maturiſsimis.) *In Græco legitur* δρυπέπισι, *ſcribendum* δρυπεπέσι. *Sed & δρυπε-τέσι legi poteſt (quæ lectio erat in margine annotata) vt ſint oliuæ præ maturitate iam de arbore decidentes: quarum ſimilitudine vſus eſt infrà* Libro *quarto.*

Leonis ſupercil.) ἐπισκύνιον. *Scholiaſt. Homeri exponit* τὸ συνοφρύωμα τοῦ μετώπου, *quod eſt, ſuperciliorum in fronte cõmiſſuram: aitq́; hinc verbum* σκύζεσθαι, *quod eſt iraſci, deductum. Nam Homerus leonem iratũ deſcribens,* Ιλι. ρ. *ita habet:*

πᾶν δέ τ᾽ ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων. *Vide Euſtathium.*

3 Caſtis oculis.) *Secus quàm Sophocl. qui apud Ciceronem à Pericle reprehenditur ob formam pueri laudatam, quòd oculos abſtinentes non haberet. 1. Officior.*

4 Democritum pediculi.) *Non memini me hunc exitum Democriti legere apud vllum idoneũ autorem. de Pherecyde quidem Syro Philoſopho legitur. fortè eſt lapſus memoria. & quod eſt* Σωκράτην ἄλλοι φθεῖρες, *falſum eſt. Ego hiſtoriam ſecutus ſum.*

5 Declinanda eſt vanitas.) περιΐϛαϑαι. atq; haud ſcio, an in hac ſignificatione vſi ſint Græci autores antiqui. Pro fugere & declinare etiam D. Paulus vſurpauit, ad Timotheum poſter. cap. 2. τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐϛασο.

6 A temeritate alieni.) ἀπροπτωσίαν, vacuitatē temeritatis. προπτωσίαν enim προπέτειαν dicit: Sic infrà libro XXIIII. ἀπρόπτωτος eſt, circunſpectus, non temerarius.

7 Itaque ad finem.) εἰς θέλος: lego εἰς τέλος.

Androgynis.) Hoc eſt, iis qui ambiguo (vt Liuius loquitur) inter marem & feminam ſexu ſunt nati. Græcum retinui, quia eſt & appoſitum, & Latinis autoribus, ipſiq; Ciceroni etiam vſurpatum: aliâs Hermaphroditos vocat.

Nihil non turpe.) Deſunt hæc in Græco.

In librum IIII.

1 Cum exceptione quadam.) Nimirum vt agat, quantum homini fatum & res permittit propoſita. μεθ' ὑπεξαιρέσεως. Porrò ὑπεξαίρεσιν rectè verti exceptionem, vt ex loco Plutarchi patet in vita Numæ, vbi ſcribit, quorundam ſententia pontifices à potentia ſeu poteſtate denominatos, quòd vocabulum haberet vim exceptionis (ὑπεξαίρεσιν ibi leges) indicandæ: quòd ſcilicet pontifex rem ſacram, quantum eius omnino fieri poſſet, perageret: nec ei fraudi eſſet, ſi graue aliquod impedimentū incidiſſet, quo minus ſacra perpetraret.

2 Ad